



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Memoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

lum per multiloquium , vel sine animo , & periculo notabiliter nocendi . Vnde non est mort. allegare falsò in pulpito vel in cathedra . nu . 4 .

Mendacium notabiliter perniciosum est mortale : narratio autem fabularum significando expresse , vel tacite non esse eas veras , non est mendacium . nu . 2 . Verumtamen mendacium etiam veniale nūquam licet dicere etiam pro saluanda vita . nu . 3 .

Non mentitur qui respondet verum iuxta intentionem suam , quando iudex incipiens , vel competens , sed contra iuris ordinem , vel homo priuatus , per metum , vel importunitatem extorquet iuramentū . cap . 12 . nu . 8 . Quamuis dicat non feci , quod reuera fecit , intelligendo intra se tali hora vel taliter , quod teneatur dicere . num . 87 . lit . A . Nou . 88 .

Vnde non mentitur coniunct adulteria ; quæ in testamento filium adulterinum vocat legitimū , intelligendo intra se talem esse communi existimatione . c . 16 . n . 48 .

Præterea qui iuravit dicere quod scit , non mentitur si dicat se nescire occulta , quæ non potest detegere . cap . 18 . nu . 61 .

M E M O R I A , frequens de aliquibus peccatis non expedit . cap . 1 . nu . 32 .

Omnis adultus tenetur sub peccato ve-
N n s niali

570 MERCENARIUS.

ciali graui memoriter scire symbolū Apostolorum, & orationem dominicam, Latinā vel vulgari lingua. cap. 11. nu. 18. §. 7. Nou. 22.

MERCATOR ET MERCATORV.

Non tenetur mercator cēssare ab arte, si cēt ei sit occasio peccandi. ca. 3. num. 5. lī. 5. Nou. n.

Ille dicitur *exercere mercatoram, qui emat ut vendat absque mutatione eius.* c. 27. n. 18.

MERCENARIUS.

Impediens iniustè mercenarium à labore ido tenetur ei restituere. cap. 17. nu. 74.

Qui non soluit mercenario diariū suum in ea re quam debet, peccat: & si mercenarius, eo quod non indigeat vendit illud minori pretio, tenetur Dominus premium conuentum adæquare. num. 107. §. 19. Nou. nu. 108.

Suscipiens mercenarium nullo statuto pretio, tenetur tantum soluere, quanti alium similem conduceceret. ibid.

Qui conductus diario non laborat fideliter, ob quod conductor damnificatur nobiliter, tenetur restituere damnum ad arbitrium boni viri. nu. 197.

Idem est, si promisit se diario pro altero labo